Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et polluerunt eam in viis suis. et in stu
dijs suis. in xta immundiciam mulieris
ante facta est mea coram me. Et effu
di indignationem meam super eos. Pro
sanguine quem effuderunt super terram.
et in idolis suis polluerunt eam. Et
dispersi eos in gentes. et ventilati sunt
in terras. Juxta vias eorum et ad inuenti
ones iudicaui eos. et ingressi sunt ad gen
tes ad quas introierunt. et polluerunt nomen
sanctum meum. cum dicetur de eis. populus domini
iste est. et de terra eius egressi sunt. et pro
ci nominis sui meo ad polluerat do
mus israel in gentibus ad quas ingressi sunt.
Propterea dicito domui israel. Hec dicit do
minus deus. Non propter nos ego faciam dom
israel. sed propter nomen sanctum meum quod pol
luerunt in gentibus ad quas intraistis. et
sanctificabo nomen meum magnum quod
pollutum est inter gentes. quod pollusi
stis in medio earum. et scient gentes quia
ego dominus. ait dominus exercituum.
Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis.
tollam quippe vos de gentibus. et congre
gabo vos de universis terris. et adducam vos
in terram vestram. et effundam super
vos aquam mundam. et mundabi
mini ab omnibus inquinamentis vestris.
et ab universis idolis vestris mundabo
vos. et dabo vobis cor nouum. et spiritum
nouum ponam in medio vestri. et auferam cor
lapideum de carne vestra. et dabo vobis
cor carneum. et spiritum meum ponam in medio
vestri. Et faciam ut in preceptis meis
ambuletis. et iudicia mea custodia
tis et operemini. Et habitabitis in terra quam
dedi patribus vestris. et eritis mihi in populum
et ego ero vobis in deum. et saluabo vos
de universis iniquitatibus vestris. Et voca
bo frumentum. et multiplicabo illud. et
non imponam vobis famem. Et multi
plicabo fructum ligni. et germina agri.
ut non poteris ultra opprobrium famis
in gentibus. et recordabimini viarum uestrarum
pessimarum. studiorumque non bonorum. et
displicebunt vobis iniquitates uestre.
et scelera uestra. non propter uos ego fa
ciam ait dominus deus. notum sit
vobis. Confundimini et erubescite
super uiis uestris. domus israel. Hec dicit
dominus deus. In die qua mundabo
uos ab omnibus iniquitatibus uestris.
et habitare faciam urbes. et instaurabuntur
ruinosa. et terra deserta fiet exercita.
que quondam fuerat desolata in oculis
omnis uiatoris. dicent. terra illa
inculta. facta est ut hortus voluptatis.
et ciuitates deserte et destructe atque
suffosse muruis sederunt. Et scient gentes
circumque fuerunt relicte in circuitu uestro
quia ego dominus edificauerim dissipa
ta. plantauerique inculta. ego dominus
locutus sum et feciam. hec dicit dominus
deus. Adhuc in hoc inquirent me do
mus israel. ut faciam eis. multiplica
bo eos sicut gregem hominum. ut
gregem sanctum. ut gregem iesum in solem
nitatibus eius. sic erunt ciuitates de
serte plene gregibus hominum. et scient
quia ego dominus. Capitulum xxxvii.
Facta est super me manus domini.
et eduxit me in spiritu domini
et dimisit me in medio campi
qui erat plenus ossibus. et circumduxit
me per ea in gyro. Erant autem multa
nimis super faciem campi. siccaque ne
mis. et dixit ad me. Fili hominis.
putasne viuent ossa ista. Et dixi.
Domine deus tu nosti. Et dixit ad
me. Vaticinare de ossibus istis. et dices
eis. Ossa arida audite uerbum domini.
Hec dicit dominus deus ossibus his.
Ecce ego immittam in uos spiritum. et
uiuetis. et dabo super uos nerios. et